

33
25

Reverendo maximè doctissimò que viro
M. ANDREÆ HÄRDERO
Theologo eximio S. P. D.
Thomas Crenius.

Quis tulerit Ciracchos de seditione querenteis? Ego postremus scripsi, postulatos tibi & Collegæ tuo, quem salvere jubeas velim, difficilem per Köfleym misi libros, exspectavi vel verbō responsum; inēasum. Numquid hoc merui, mi Pater! ut me desiderio tuarum litterarum, penè dixerim, contabescentem desereres. Ferendo isti tormento sicuti haecenus vix pat fui: ita impotserum non ero; quare eō me lēies rogo. Ego testor animi mei mentem, quam se pectori huic inclusum mecum semper circum tulerim & jam circumferam; tali quidem affectu, cui nihil accedere potest, perfectō utique & plenō. Deum testor, me te mortuum non semel cogitasse. Non subiit, te mihi de librorum emtione iratum, & sic me responsō habere indignum. Fateor, accepi libros Spizelii non sine gauio, & jam olim gratias egissem, si modō non nihil ultimas ad meas respondiſſes. Nihil a te vi-
dens aut accidens, timui quasi non ad votū feciſſem, & ita tacui. Sed transacta
praterita, est enim illorum gravis nobis memoria, & agamus quod postulas. VIII. A-
nimadversionum partem mitto tibi cum & tellico in gratiam Anglorum nobis
curato, quamquam te jam illum in Giessensum Disputationum Tomis legisse nul-
lus dubitem; placebit forsitan prefatio ab argumentum. Properem, si Deus voluerit,
xi. Animadversionum partem habebis, & in ea tuum nomen ac memoriam. Plura
quō minus edere possum in praesentia, diritas facit temporum, qua & me Lugduni
detinuit adhuc ab aliis alibi invitatum. Adjunctā sarcinā, quia sic voluisti, one-
rare te debui; rescripsi Monacho, secique qua voluit in sui gratiam. Mihi
homo haecenus fuit ignotus, nisi quid Cl. Joh. Jac. Schudt Moens-Francof. Con-
ceptor amicus noster Epistolam ad ipsum evulgata mibi miserit cum ceteris suis
tractatibus. Si quid ipsi gratum proficietur a nobis, imputet TIBI. Favemus
ei ut homini eruditio nostrique amanti. Fortasse per h̄c respondebit mihi. Ad-
didī Cramerī notas in Hilcot Biceurim Maimonis, ut adfectum testificer &
benevolentian in filium tuum. Plura votebam, sed scriberadarum epistolatarum
Francofurtum nikkendarum ad audiendas copia prohibet. Vale mi Pater.
Tui salveant. Kalend. Sextil. MCCCLX. Lugdunō Batav.

Poetardum ante annum vitam
finivisse forsan jam accepisti
ab aliis.